

8

C V R I A E  
ROMANA E SENTENTIA  
DE  
PACE AVGVSTANA

---

QVAM  
P R A E S I D E  
FRIDERICO IMMANVELE  
S C H W A R Z I O

A. M. FACVLT. PHILOSOPH. ASSESSORE ORDINARIO  
ET ACADEMIAE BIBLIOTHECARIO

AD DIEM OCTOBRIS  
ANNO PACIS AVGVSTANAE SAECVLARI ALTERO

M D C C L V

IN AUDITORIO MAIORI

DISPV TANDO PERVESTIGABIT

A V C T O R

M. IOANNES FRIDERICVS HENNE

SONNEWALDA LVSATVS

---

V V I T T E B E R G A E  
PRELO EPHRAIM GOTTL OB EICHSFELDI  
ACADEMIAE A TYPIS

Bibliotheca  
Hungaria  
opet  
Auctor

COLLEGE  
ROMANE SENTENTIA  
PVE AUGUSTANI

FRIEDERICI IMMANNUEL  
SCHAWAEGI

AM FACULTATIS PHILOSOPHICAE ASSISTENS ORBIS ORDINARIO  
ET ACADEMIAE BREVIATIONE

AD DIEM OCTOBRIS  
ANNO PVIS AUGUSTINAE SACRAE ET ALTERIO

IN AUDITORIO MAGNI  
DISPUTANDO PERNODICATO  
AVOTORI

M. IOANNES FRIEDERICAS HENNE

ZONNEVELDUS LUTATIUS

UNIVERSITATIS  
GOTTSCHEI  
HIBERNIA  
ACADEMIA  
TUTTI

AMPLISSIMI GRAVISSIMIQVE  
VRBIS REGIAE DRESDENSIS

SENATVS  
CONSVLIBVS  
SYNDICO  
PRAETORIBVS  
ET RELIQVIS  
SENATORIBVS  
PATRONIS

ATQVE  
FAVTORIBVS SVIS  
SVMMA PIETATE COLENDIS  
LIBELLVM HVNC ACADEMICVM  
EA QVA PAR EST ANIMI REVERENTIA

D. D. D.

AVCTOR.

VIRI  
EXCELENTISSIMI  
IVRIS CONSULTISSIMI PRAENOBILISSIMI  
AMPLISSIMIQUE  
PATRONI ATQVE FAVTORES  
SVMMA PIETATE COLENDI



Patiamini, VIRI AMPLISSIMI,  
ut VOBIS studiorum meorum pri-  
mitias, libellum hunc Academicum consecrem. Ni-  
mis audacter agere mibi uidear, Viris, qui nego-  
tia

tia gerunt grauissima, molestiam adferre, nisi duae  
adessent causae, quibus ueniam audaciae me impe-  
traturum, habeam persuasissimum. Primo, Curiae Ro-  
manae sententiam de pace Augustana proposui in hoc  
libello, quem VOBIS ut tribuam, mei iuris esse  
existimauit, cum VOS, PATRES AMPLIS-  
SIMI, Romani Pontificis praeiudicatas abhorreatis  
opiniones, et sanctissimam religionem nostram summo  
colatis studio. Deinde, maxima in me contulisti  
beneficia, meque, cum Vitembergam studiorum cau-  
sa peterem, stipendio ita dicto Krögeriano ornasti.  
Quorum beneficiorum memoria animo meo infixa erit  
sempiterna, nullaque delebitur temporum obliuione.  
VOBIS, PATRES AMPLISSIMI, pro tan-  
ta in me benignitate hoc libello Academico gratias  
ago, quas possum, maximas, simulque a VOBIS ea,  
qua par est, obseruantia peto atque contendeo, ut eo-  
dem fauore, pro amore VESTRO, me prosequi et or-  
nare

nare pergatis. *VOS, PATRES CONSCRIP-*  
*PTOS VESTRAS* que Gentes *splendidissimas Im-*  
*mortale Numen ad seros usque annos conseruet;*  
*et omnia a VOBIS mala auertat clementissime.*  
*Quod a Deo Optimo Maximo singulos in dies pre-*  
*cibus contendit ardentissimis*

## TANTORVM NOMINVM

*cliens humilius*

JOANNES FRIDERICVS HENNE.



§. I.

**A**nus agitur uniuerso coetui Christiano, qua Pontifex tri-  
piorum est partitum, sacro ritu festus, <sup>umphum a-</sup>  
et ob pacem diuinitus redditam laetissi-<sup>git ante ui-</sup>  
mus. Igitur nostrum esse iudicauimus,  
quanta in beneficium diuinum, ea re in uniuersam Germaniam  
collocatum, religione ducamur, publico exponere do-  
cumento. Cui itaque uideri poterat incommodum, si in  
publica laetitia, quam e sensu suauissimae pacis et tran-  
quillitatis publicae percepimus, argumentum pertractare-  
mus, quod mentem uirorum, qui, per eos si fieri potuise-  
set, ut irritam redderent pacem, praetermisserent nihil, et a  
nobis et a pace alienissimam, paullo accuratius inuestiga-  
tam proponeret. Nemo autem grauius Pontificibus Ro-  
manis restitit paci Augustanae, quod scriptores rerum  
Pontificiarum tantum non omnes testantur, et ex his  
ea potissimum petemus historiarum documenta, quae  
uoluntatem Pontificum Romanorum iniquissimam in Au-  
gustanam pacem prodiderunt. Spiritus enim sibi sume-  
bat ea aetate quam plurimos Pontifex Romanus ob trium-



phum de Anglia, sedi Romanae iterum subiecta, quem tamen ante uictoriā nobis egisse uidetur, cuius rei uberiorem expositionem et confirmationem dabimus. Accidit anno c<sup>lo</sup> l<sup>o</sup> LIII ut EDVARDO VI Angliarum Regi succederet MARIA HENRICI VIII et CATHARINA<sup>E</sup> Arragoniae CAROLI V materterae filia. Quanto studio, quanta cura Angliae Regina in primordio statim imperii sui ad religionem Romanam <sup>(a)</sup> in qua educata erat, propagandam et tuendam annisa fuerit, uel ex eo eluet, quod <sup>(b)</sup> defuncto Regi EDVARDO VI ritum Missae publicum ex Romanae Ecclesiae consuetudine celebrari curaret, et <sup>(c)</sup> titulum capitis Ecclesiae Anglicanae, quo Re-

ges

<sup>(a)</sup> PAVLI SARPII Historia Concilii Tridentini Lib. V. p. 656. Histoire D'Angleterre par Mr. RAPIN THOYRAS Tom. VI. Lib. XVI. p. 79. 80.

<sup>(b)</sup> GILBERTI BURNET Historia Reformationis Ecclesiae Anglicanae Part. I<sup>L</sup>. p. 158. colum. II. ubi haec uerba: Regina solenne officium iuxta Romanae Ecclesiae ceremonias ei celebrari curauit, in quo Missa, et mortuorum commemoratione non fuerunt omissa. THOYRAS I. c. Tom. VI. Lib. XVI. p. 88. Les funerailles d'Eduard se firent à Westminster le 12. d'Août. Les nouveaux Ministres vouloient qui'on servit pour cela du vieux Office, qui avoit été aboli, mais Cranmer s'y opposa fortement, étant appuyé sur les Actes de Parlement, qui étoient encore en vigueur. Il célébra lui-même le service selon la nouvelle Liturgie, et donna la Communion à ceux qui voulerent la recevoir. Mais la Reine fit dans la Chapelle un service solennel sur le même sujet, avec toutes les cérémonies de l'Eglise Romaine.

<sup>(c)</sup> SFORTIA PALLAVICINI Vera Concilii Tridentini Historia Part. II. Lib. XIII. C. VII. p. 148. Haud cunctanter noua Regina propensionem animi patefecit, ad restituendam Religionem Catholicam, reculato titu-

lo,

❧      ❧      ❧

ges (d) HENRICVS VIII et (e) EDVARDVS VI summo  
iure usi erant, repudiaret; et matrimonium HENRICI  
VIII (f) cum CATHARINA Arragonia confirmaret, (g)  
alterum uero cum ANNA BOLENIA Romano Pontifici  
inuisum, rescinderet, et irritum illegitimumque esse iube-  
ret, ut Pontifici, (h) quo inuito HENRICVS VIII, repu-  
diata CATHARINA ARRAGONIA, in matrimonium du-  
xerat ANNAM BOLENIAM, gratum faceret. Quae omnia,  
Ecclesiae Romanae fortissimum praesidium in Anglia con-  
firmare, uidebantur. Ex quo itaque Pater Purpuratus RE-

A 3

GINAL-

Io, quo ECCLESIAE ANGLICANAE CAPVT nuncuparetur. GUIL-  
ELMI CAMDENI rerum Anglicarum et Hibernicarum annales regnante  
Elisabetha, in apparatu p. XII. Nec cerebant (Ordines Regni, ut Re-  
gina titulum supremi capituli Ecclesiae Anglicanae deponeret, in quem  
ipsorum plerique Praesules, Proceres, et plebeii HENRICO VIII,  
haeredibus, et successoribus iurauerant, et plurimi rem ex Ecclesiae bonis  
auxerant. Illa autem deponere ex animo gestiit, perfusa, uniuersum  
ius suum ad regnum non aliunde, quam ex potestate Pontificis Roma-  
ni, qui pro ea sententiam tulerat, sumari; postquam pater eam illegiti-  
mam pronunciari curassem.

(d) IOANNIS SLEIDANI Commentarii de statu religionis Lib. IX. an-  
no 1534. p. m. 239. SARPIVS l. c. Lib. I. p. 113. 114. BVRNET l. c.  
Part. I. p. 78-82. et in collectione Annalium et Autographorum ad Part.  
I. p. 93-105. THOYRAS l. c. Tom. V. Lib. XV. p. 330.

(e) BVRNET l. c. in Collect. annal. et document. ad Part. II. Lib. I. Num.  
II. p. 57. num. V. p. 59. num. VI. p. 60. num. VII. p. 63.

(f) BVRNET l. c. Part. II. p. 165. Thoyras l. c. Tom. VI. Lib. XVI.  
p. 96.

(g) PALLAVICINI l. c. Part. II. Lib. XIII. Cap. VII. §. I. p. 148. SLEI-  
DANVS l. c. Lib. IX. p. m. 238.

(h) SARPIVS l. c. Lib. I. p. 112.



GINALDVVS POLVS, (i) qui tunc in monasterio MAGVERANO supra lacum Benacum degebat, de successione MARIAE certior factus est, statim spem aluit, (k) Angliam in fide Pontificis spectandi, ideoque (l) VINCENTIVM PARPALIAM, uirum nobilitatis insignibus clarum, Pedemontanum, Abbatem S. Solutoris, familiarem suum cum litteris ad Pontificem IVLIVM III mittit, quibus Pontificem ad Anglos in Ecclesiam Romanam reuocandos impellere studet. Sed ipse Pontifex, (m) antequam POLI acciperet litteras, ad POLVM epistolam dederat, et consensu sanctioris senatus ad illum alteras litteras eodem (n) scriperat die, quo POLVS, inscius sententiae Pontificis, litteras miserat. Et fato accidit, ut nuntius Pontificis, nuntium POLI prope Bononiam (o) interciperet, quo in ipso itinere salutato, cognitaque suscepti itineris causa, nuntius Pontificis rediit. In (p) litteris ad Polum datis, IVLIVS Pontifex

ex

(i) PALLAVICINI l. c. Part. II. Lib. XIII. Cap. VII. §. I. p. 148. GEORGII IOSEPHI ab EGGS Pontificium doctum p. 736. 57. in uita Pontificis IVLII III.

(k) PALLAVICINI l. c. Part. II. Lib. XIII. C. VII. §. I. p. 148. Ibi auditae nouae reginae assumptione statim succensa illi spes est, spectrandae sue Britanniae in fidem pristinam restituae, eius rei semper desiderio flagrauerat.

(l) PALLAVICINI l. c. Part. II. Lib. XIII. Cap. VII. §. I. p. 148.

(m) PALLAVICINI l. c. p. 148.

(n) PALLAVICINI l. c. p. 148. Hac de re alteras litteras ad illum scriperat (Pontifex) eodem plane die, quo POLVS memoriam epistolam super eo negotio ad Pontificem dederat.

(o) PALLAVICINI l. c. p. 148. Quare, qui POLI litteras Romam ferrebat, cum prope Bononiam illi occurrisset, quem Pontifex ad POLVM miserat, regressus est. (p) PALLAVICINI l. c. p. 148.

ex eo quaerit, quid Anglis ad meliorem frugem reuocandis  
salutare esse existimaret, atque consentientibus Patribus Pur-  
puratis decretum esse significat, ut POLVS (q) legati munus  
in Angliam fusciperet. POLVS litteris perlectis iterum ad  
Pontificem (r) Abbatem S. Solotoris cum litteris mittit, qui-  
bus rescribit, se quidem lubentissime legati munus curaturum,  
sed quoniam ex Anglia proscriptus, et honoribus atque digni-  
tatis priuatus esset, uereri, prius redire in Angliam,  
quam a Regina, regnique Proceribus, recuperatis dignita-  
tibus, reuocaretur, igitur e re esse Pontificis, Anglorum  
animos clam per priuatum hominem explorari, quare (s)  
HENRICVM PENINGIVM, amicum, cum litteris ad Patrem  
Purpuratum DANDINVUM, Pontificis (t) legatum apud Cae-  
sarem in Belgio, et ad ANTONIVM BONVISIVM, merca-  
torem in Anglia, et ad ipsam Reginam MARIAM mitten-  
dum curat. DANDINVS pensata tanti negotii grauita-  
te, (u) IOANNEM FRANCIVM COMMENDONEM, Ve-  
netum, Pontificis cubicularium, clam mittit in Angliam (v)

qui

(q) PALLAVICINI l. c. p. 148. SARPIVS l. c. Lib. V. p. 656. AB EGGS  
l. c. p. 756. 57.

(r) PALLAVICINI l. c. Part. II. Lib. XIII. C. 7. p. 148. 49. SARPIVS  
l. c. Lib. V. p. 656. AB EGGS l. c. p. 757.

(s) PALLAVICINI l. c. p. 149.

(t) AB EGGS l. c. p. 157.

(u) PALLAVICINI l. c. p. 149. SARPIVS l. c. p. 656. BVRNET l. c. Part.  
II. p. 168.

(v) BVRNET l. c. Part. II. p. 168. *Commendo Neoportum se confert;*  
Mercatoris ante aliquod tempus Londini demortui nepotem se men-  
titur, duos ibi diligit seruos, qui, quisnam ille esset, ignorabant, et sic  
Londinum profiscitur, adde PALLAVICINVM l. c. p. 149. column. I.



qui et nomen et personam ementitus, (x) data occasione cum ipsa Regina MARIA (y) locutus est, eiusque litteras (z) ad IVLIVM III Romam transtulit, quibus obedientiam Pontifici praestandam significauit, simulque commendandi mandauit, ut Polum legatum mitti in Angliam, Pontificem (a) rogaret. Inter haec Imperator CAROLVS V. omnem nauabat operam, ut per coniugium filii

sui

(x) BVRNET l. c. Part. II. p. 168. Cum quo consuetudinem familiaritatem inire deberet, incisus et anceps, forte fortuna in Reginae Administrum, LEE vocatum, incidit, quem olim extra Angliam, rerum potiente Eduardo cognouerat. Suum consilium illi patefecit, et viri illius opera in priuatum cum Maria colloquium admisssus est. PALLAVICINI l. c. Part. II. Lib. XIII. Cap. VII. §. 3. p. 149. SARPIVS l. c. Lib. V. p. 656.

(y) BVRNET l. c. p. 168. Regina ingenue illi aperit, se subditos suos in Papae obsequium denuo adducere, et omnia in eundem statum, in quo erant ante HENRICI VIII. schisma, restituere animo constituisse, sed addit, eiusmodi consilium felicem successum habere non posse, nisi summa in praeacuendo solertia adhiberetur, et si ante tempus euulgaretur, in tanta rerum perturbatione ac confusione auctoritatem suam procul dubio concussam iri, sanaque sua consilia labefactatum iri. PALLAVICINI l. c. Part. II. Lib. XIII. Cap. VII. §. 4. p. 149. THOYRAS l. c. Tom. VI. Lib. XVI. p. 98. SARPIVS l. c. Lib. V. p. 656.

(z) PALLAVICINI l. c. p. 149. In hisce rerum conditionibus accito ad se COMMENDONO epistolam suo scriptam ad Pontificem chirographo tradidit, in qua pollicebatur, se suumque regnum in fide et obedientia Romanorum Pontificum futura. BVRNET l. c. Part. II. p. 168. BEGGS l. c. p. 757. SARPIVS l. c. p. 656.

(a) BVRNET l. c. p. 168. In mandatis etiam habuit, ut POLVM in Angliam, qua legatum mitti Papam rogarat. THOYRAS l. c. p. 98. Elle le pria même de demander de la part au Pape, qu'il lui plût d'y envoyer le Cardinal Polus en qualité de Légat. PALLAVICINI l. c. p. 149.

❀ ❀ ❀

sui (b) PHILIPPI cum MARIA Regina ineundum, Angliam cum Hispania coniungeret, quare quoque (c) POLVM, in Angliam ne rediret, impediebat, uerens, ne POLI aduentus coniugium, quod uehementissime cupiebat, perturbareret. Praecipua causa, quam Imperator interserebat, cur POLI aduentum in Angliam retartandum esse iudicaret, haec erat, quod POLVS si ea, qua constituerat celeritate Italia excederet, legati Apostolici dignitatem, Pontificiis sacris in Anglia nondum restitutis ea, (d) qua decebat grauitate, haud sustinere posse uidebatur. Consilio itaque Imperatoris factum est, ut Pater Purpuratus DANDINVS Pontificis

## B

(b) SARPIVS I. c. Lib. V. p. 657. THOYRAS I. c. p. 99. AB EGGS I. c. p. 757. BVRNET I. c. p. 168. column. II. Quamvis enim Regina IX. annos natu maior esset, quam Princeps erat, tamen adhuc actate ad parandum idonea. Caesar animo suo uolebat, si Angliam cum Hispanico iungeret, citra ullam comparationem longe formidabilius fore.

(c) BVRNET I. c. p. 169. Ferunt Polum ab ea (MARIA) adamatum fuisse, et Caesarem, qui Cardinalis praesentiam, tanquam obstaculum, quo Principis PHILIPPI matrimonium impediretur, spectabat, eum in Germania et Flandria, quoisque negotium illud conclusum, ratumque esset, remoratum fuisse. IACOBI AVGVSTI THVANI Historiarum sui temporis Libro XIII. p. 264. Column. II. Tres nuptiis eius (MARIAE) destinabantur, PHILIPPVS Hispaniarum Princeps, Caesaris filius, REGINALDVVS POLVS Cardinalis, et CORTINAEVS regulus. Hos maiorum splendor et patriae caritas commendabat, quod sub utroque et libertatis, et regni immunitatem conservandam spes esset, sed in polo praecipue spectabatur proximitas, qua Reginam contingebat, quippe ex filia GEORGII Ducis Clarentiae EDWARDI VI. fratris progenitus, ad haec morum grauitas, et uitiae sanctimonia cum summa animi mansuetudine et prudentia coniuncta.

(d) SARPIVS I. c. Lib. V. p. 657. PALLAVICINI I. c. Lib. XIII. Cap. VII, §. 5. p. 150. THOYRAS I. c. Lib. XVI. p. 99.



ficis apud Imperatorem legatus, (e) **POLVM**, qui iam iam nouum iter in Angliam suscepserat, finibus Italiae nondum egressum in eadem paullo diutius detineret. Nihilominus tamen **POLVS** iter prosequebatur in Angliam, donec ius-  
su (f) Imperatoris Dilingae manere coactus est. Coniu-  
gio autem inter **PHILIPPVM** Hispaniae Regem, et **MA-  
RIAM** rite inito, **POLVS** in Angliam traiecit, et persuasit  
Angliae Proceribus, ut cum Romano Pontifice redirent in  
gratiā, (g) causam interferens, Pontificem Romanum Dei

in

(e) **PALLAVICINI** I. c. Lib. XIII. Cap. VIII. p. 151. **DANDINVS** a le-  
gatione sua revocatus in Italiam reuertebatur, nactusque per viam **PO-  
LVM**, eiusque nouam legationem minime gratam Caesari futuram praec-  
dixit. **SARPIVS** I. c. Lib. V. p. 657. Caesar — per Cardinalem **DAN-  
DINVM** Pontificis apud se legatum, primum egerat, ut **POLVS** ita subito  
ex Italia non discederet.

(f) **PALLAVICINI** I. c. p. 151. **THYANVS** I. c. Lib. XIII. p. 267. co-  
lumn. I.

(g) **AB EGGS** I. c. p. 757. **BURNET** I. c. p. 192. column. I. **Londinum**  
**VIII.** Calend. accessit, solempni pompa non fuit exceptus, quia Papae  
iurisdictio publica auctoritate nondum restituta erat, et column. II.  
Quum Legatus consilia et facultates suas Philippo et Mariae communica-  
set, legationis sue causam utraque Parlamenti camera, quae ob  
id solum vocatae fuerant, aperuit: Sermone prolixo eos, ut sanctorae se-  
di se rursus subderent, hortatus est, docuitque, se a Christiani Orbis Pa-  
store universali fuisse electum, ut in Ecclesiae ouile eos reduceret, qui  
a longo tempore errabant. Oratio illa Reginam ita permouit, ut in-  
fantis in utero motum sensisse crediderit. Statim quidam adulatores,  
quos uana spes lactabat, dicere ausi sunt, quem ad modum St. Ioannes  
Baptista in Elizabethae finu exaltauerit, sanctae Virginis audita noce,  
ita Reginam idem in se sentire, accedente Iesu Christi Vicario, qui  
per legatum suum loquebatur. Sic casum illam tanquam bonum o-  
men



in Ecclesia personam sustinere uicariam, cum potestate concedendi hominibus, denegandique solatium, e spe melioris uitae capiendum. Quae cum PHILIPPO et MARIAE et denique Proceribus haud displicerent, unanimi omnium

B 2

con-

men interpretati sunt: Reginae Matronae eam imaginariae praegnacionis opinione imbutam oidentes in illo errore obsimmarunt. Chimerici illius boni nuntia ad Concilium delata fuere, quod ea BONNERO sub eiusdem diei vesperam significauit, mandauitque, TE DEVUM in urbis Ecclesie cantari, collectasque priuatas in Reginae praegnacionis felicem exitum offerri curaret. Publica gaudia Curiam et urbem tota illa, et sequenti die occuparunt. Sed Reginam imaginatione sua seducram fuisse, elucet ex libro BVRNETI Part. p. 206. column. I. cuius uerba addere induximus in animum. Anglia tunc Mariae partum expectabat: Norwicheiensis Episcopus, certa die Domino Suflexio significauit, cum sibi Londino nuntiatum esset, Reginam peperisse, in Cathedrali sua, et in Dioecesis suae Ecclesie TE DEVUM cantari curauisse. Tanquam appendicem addebat, duos viros illud nuntium confirmasse. Et re uera ita certe grauidam se esse credebat Reginna, ut 4. Cal. Iunii Consilium Aerarii Praefecto mandauerit, ut parata esset pecunia ad emitendos sine mora cursores, qui tam momentosum negotium omnibus notum facerent. Ineunte Iunio Reginam pueri dolores pati crediderunt; Et Londini sparsus fuit rumor, eam filium edidisse in lucem. Sacerdotes, qui spem suam tali eventu unice firmabant, gratiarum actionis canticum ubique cantarunt, et se gaudio prouersus tradiderunt. Inter alios quidam prae aliis officiosis, in hoc argumentum concionem habuit, et Auditoribus suis omnia noui Principis linea menta descripsit. Intra breuissimum tempus euaniuit error ille, et multi contenderunt, Mariam nunquam grauidam fuisse. Sed MELVILEVS Eques, in memoriali libello suo afferit, a quibusdam illius Principissae matronis eductus, eam identidem informia carnis frusta, et molas emisisse. Maria cum pariendi spe priuata esset, taedio, et Melancholie prorsus se tradidit etc. POLI oratio, quam ad utrumque Parlamentum habuit, reperitur in BVRNETI Historia p. 163. plura PALLAVICINI Lib. XII. Cap. IX. §. 10. p. 154.



consensu decernitur, ut totius regni nomine legati <sup>(h)</sup> Romam mitterentur, qui genibus prouoluti ueniam peccatorum peterent, et Pontifici summa in sacris iura deferrent. Ex quo Pontifex tanta uoluptate affectus est, ut die  $\frac{1}{2}$  Decembris anno **c*1510*LIV** in urbe Roma et per totam Italiā <sup>(i)</sup> **IUBILAEVM** indiceret, utque omnes certissimum laetitiae

(h) **T**HOYKAS I. c. Tom. VI. Lib. XVI. p. 121. Vers la fin de l'année, la Reine fit partir le Vicomte de Montaigu, l'Evêque d'Ely, et le Chavallier Edmond Karne, pour aller à Rome rendre l'obedience au Pape, de la part du Roi, de la Reine, et des trois Etats du Royaume. **SARPIVS** I. c. Lib. V. p. 66<sup>a</sup>, qui nonnullos alios addit. **A B EGG** I. c. p. 757. **ONYPHRIVS PANVINIYS** in continuatione **HISTORIE B. PLATINAE** de uitis Pontificum Romanorum, in vita Iulii III. p. 153 Legatos a MARIA missos Romanum uenisse ante Jubilaeum celebratum, optime probari potest ex duobus antea citatis Scriptoribus **SARPIO** et **ONV. PHRIO**, qui circa ea tempora uixerunt, quibus et **THOYRAS** scriptor omni fine dubio, fide dignissimus assentitur, licet **PALLAVICINI** I. c. Part. II. Lib. XIII. Cap. XII. §. 1. p. 160. **CAMDENV** I. c. in appara tu p. XIII. **BVRNET** I. c. Part. II. p. 205, atque **SLEIDANVS** I. c. Lib. XXV. p. 830, affirmit, post Jubilaeum celebratum legatos Romanum missos esse. Quorum si sententiam amplectamur, Pontificios summae stoliditatis arguamus necesse est, Jubilaeum quod celebressent, antequam certo sciissent, Anglos Romanam tueri Religionem. His accedit, quod **PALLAVICINI**, **CAMDENV**, **BVRNET** eo tempore, circa quod hoc gestum est, non uixerunt, et licet **SLEIDANVS** auctor sit aequalis, tamen non est domesticus, sed externus, cui hac in re, alia si quoque uerissime enarrarit, meo quidem iudicio, fides exhiberi non potest. Verba **BVRNET** I. c. hic addam. *Ibi ad eius (Pontificis) pedes pronuntiati, sigillatim, prout ab illis **PAVLVS** (vel potius **IVLIVS III.**) exegredit, Anglicae gentis crimina et schismatis sui gradus illi confessi sunt: et fatentes ingratiam sibi suisse beneficiorum sedis Romanae memoriam humillime culpam deprecabantur.*

(i) **PALLAVICINI** I. c. Part. II. Lib. XII. Cap. IX. §. 10. p. 154, column.

laetitiae signum caperent, ipse Pontifex cultui publico, quo missa celebrari solet, intersuit, et sacra peregit, sibi persuadens, ea re Deo maximas persolui posse gratias, quod Anglos in Ecclesiae gremium reuocauerit. Sed unum fuisse gaudium Pontificis ex ea re perceptum, uel inde colligimus, quod expectatione Pontificis citius simul cum religione Romana in Anglia paullo post euanuerit.

MA-

B 3

RIA

Iunn. II. Ob eam rem Romae (XIV. Decemb. c 15 15 LIII. in actis Consil. et fusu in epistola Montani postridie scripta ad Archibulum Nun-  
tium Veneris) solemnes Deo persolutes sunt grates per Pontificium in  
toto senatu sacrificium, per publicas supplications, per uniuersalia ie-  
junia, PER PLENISSIMUM IUBILAECVM. SARPIVS l. c. Lib. V. p. 660.  
His Romani celeriter perlati multae supplications decretae, non in  
urbe solum, sed per Italiam universam, gratiis Deo agendis, Pontifex-  
que, approbatib omnibus, quae ab Legato aca essent, die XXI V Decembris diploma Jubilaeum euulgar, cum plena delictorum omnium  
remissione; ac quem censens, indulgentiis patrisfamilias ac parentis ex-  
emplo, filio prodo recuperato, non domesticum modo gaudi-  
um prodere, sed Christianos omnes ad communem laetitiam, et epu-  
lum inuitare, tum Regis, ac Reginae, populique actions miro praeco-  
nicio celebrat. CAMDENVS l. c. in apparatu p. XIII. BURNET. l. c.  
Part. II. p. 168. SLEIDANVS l. c. Lib. XXVI. p. 835. et 36. qui ite-  
rum errat, dum dicit, anno c 15 15 LV. Romae iubilaeum hoc fuisse  
celebratum, omnibus alis scriptoribus contradicentibus. ONUPHRIVS  
PANNINIVS in continuacione B. PLATINAE in vita IVLII III. p. 153.  
et AB EGGS l. c. p. 757. in vita Italii III. qui plagiū fecit, atque to-  
tum folium exscriptit ex ONUPARIO uerbotenus. Doctissimus ille Vir  
fini Purporae sue doctae addidit haec verba: Si quid dictum, factumue  
contra Catholicę Ecclesiae, faci Romani Imperii constitutiones, aut maio-  
rum statuta: id dictum factumque ne esto. Debuisset hic addere, meo  
quidem iudicio. Si quid scriptum, descriptumque est ex Onupbrio Pann-  
nio, cum inter haec pigriziae me consecrare uoluerim, id scriptum descriptum-  
que



RIA quidem sceptrum tenente, (k) legibus EDVARDI sublati, (l) Resformati coetus episcopi e supremo, quem Parliamentum uocant, senatu eliciebantur, (m) et sacris exuebantur muneribus, (n) homines Reformatorum doctrinae ad dicti clamque palamque opprimebantur, uiri et de re publica, et de Protestantium coetu sacro meritissimi rapiebantur ad supplicium, quorum e numero (o) HOOPEROS, (p) ROGEROS, (q) TAYLEROIS, (r) FERRARIOIS, (s) BRADFORTIOS, (t) SANDERSIOS, (u) CRAMEROS,

*que ne esto. Quam iniurius fuit Doctor AB EGGS in beatum nostrum LUTHERVM, constat ex libello immortalis CYPRIANI, cui inscribitur titulus Elebahrung vor Palstibum Cap. VII. §. VII. p. 892-96.*

(k) BURNET I. c. Part. II. p. 166.

(l) BURNET. I. c. Part. II. p. 164.

(m) BURNET I. c. Part. II. p. 180.

(n) BURNET I. c. Part. II. p. 198.

(o) BURNET I. c. Part. II. p. 198. et 199. THOYRAS I. c. Tom. VI. Lib. XVI. p. 121. Fuit sacerdos Londinensis.

(p) BURNET I. c. et THOYRAS I. c. fuit Londinensis Cathedralis Canonicus.

(q) BURNET I. c. Part. II. p. 199. column. II. THOYRAS I. c. Tom. VI. Lib. XVI. p. 121. Fuit Theologiae Doctor, et Sacerdos Londinensis et Hardleyae Curio.

(r) BURNET I. c. Part. II. p. 203. S. Davidis erat Episcopus.

(s) BURNET I. c. Part. II. p. 207. column. I. et THOYRAS I. c. Tom. VI. Lib. XVI. p. 125. Fuit S. Pauli Canonicus.

(t) BURNET. I. c. Part. II. p. 199. column. II. fuit Concionator.

(u) Fuit Archiepiscopus Cantuariensis et regni Angliae Primas, qui antea religionem Reformatam abiurauerat, sed deinde malorum factorum conscientia exagitatus mutauit mentem, et religionem Reformatam iterum amplexus cum ceteris uiuus combustus est. Confer BURNET I. c. Part. II. p. 218 - 223. et in collectione documentorum ad Part. II. Num. XXVI. Breue ad Cramerum comburendum p. 176. ex quo elucet

ROS, (v) RIDLAEOS, et (x) LATIMEROS nominasse sufficiat, ut manifestum crudelitatis Pontificiorum in Protestantes lignum atque documentum habeatur. Sed cum ELISABETHA regnum capesseret, Romanorum res (y) sensim sensimque collapsa, plane demum corruit, et Reformati, (z) electis Pontificiis, (a) libertatem pristinam recuperarunt, quam adhuc per Dei immortalis gratiam tuentur. Ex quo satis apparet, quam irritum fuerit fulmen, quo Pontifex (b) ELISABETHAM ob id ipsum percussit.

§. II.

**Q**uo maiori superbia intumuerat Curiae Romanae Pontifex ob uictoram de Anglia reportatam, eo magis recessit paci Augustanae. mittebat spiritus, animumque conprimebat, cum Germania, Augustana pace, iugum seruitutis Romanae acerbissimum deiiceret atque repelleret. Quod ipsum ingentem in Pontificem excitauit iram, quam nec ipsi rerum Pontificia-  
rum

eluet CRAMERVM iussa Pontificis combustum fuisse. THOYRAS l. c. Tom. VI. Lib. XVI. p. 128. 29. PALLAVICINI l. c. Tom. II. Lib. XIII. Cap. XIII. §. I. p. 161.

(v) Fui Episcopus Londinen sis. BVRNET l. c. Part. II. p. 169. THOYRAS l. c. Tom. VI. Lib. XVII. p. 125.

(x) BVRNET l. c. 209. sqq. et THOYRAS l. c. p. 125. SLEIDANVS l. c. Lib. Lib. XXVI. p. 846. Fuit Episcopus Vintoniensis.

(y) CAMDENVS Part. I. p. 10. THOYRAS l. c. Tom. VI. Lib. XVII. p. 150. et p. 152. BVRNET l. c. Part. II. p. 247.

(z) CAMDENVS l. c. Part. I. p. 22. (a) BVRNET l. c. Part. II. p. 260.

(b) BVRNET l. c. in collectione Documentor. ad Part. II. Num. XIII. ubi reperitur Bulla Papae PIU V. qua Regina Elisabeth Solio abdicitur. Eius subditi a Fidelitatis Sacramento absoluuntur, et in eius Observantia perseverantes Anathemate feriuntur. p. 221. 22. et reliqui scri-  
ptores, qui de rebus ad Angliam pertinentibus scripsere.



rum scriptores posteritatem celare uoluerunt. Idque nobis locum dedit, ex ipsis potissimum, quae ad nos transmiserunt monumentis, differendi de sententia Romanorum Pontificum, quam de pace religiosa cuperunt. Pontifex huius temporis primus, quo Principes Germaniae de Augusta na pace meditabantur, erat **IVLIVS III**, antea <sup>(c)</sup> **IOANNES MARIA DE MONTE** uocatus, quem pluribus inquinatum fuisse uitiis, scriptores magno numero profiteruntur. Non commemorabo, quod hominem, <sup>(d)</sup> cui simiarum curam demandauerat, Patris Purpurati dignitate ornarit, quod <sup>(e)</sup> uoluptatibus, atque pigritiae se totum trādiderit,

<sup>(c)</sup> AB EGGS Pontificium doctum p. 753.

<sup>(d)</sup> THYANVS Lib. V. histor. anno 1550. p. 121. Cum antiquae consuetudinis sit, ut nouus Pontifex galerum, cui uelit, suum largiatur; cum iuueni cuidam, cui Innocentio nomen, quique, quod in familia simiae curam gereret, simiae etiam post adeptam dignitatem nomen retinuit, cognomine etiam suo atque insignibus attributis donatur. Et cum antea in deliciis habuisset, rursus in pristinam consuetudinem admisit. Querentibus nero Cardinalibus, quod indignum hominem ad tantum fastigium euexisset, non inurbane respondit: Et uos quid tandem in me meritorum comperistis, quem Christianae reipublicae principem constitueretis. SARPPIVS I. c. Lib. IIII. p. 512.

<sup>(e)</sup> SARPPIVS I. c. Lib. IIII. p. 511. Et quidem Pontifex futuri regiminis in so statim Pontificatus initio documenta dedit; totos dies hortis et amoenis substructionibus designandis impendens, rebusque uoluptariis quam negotiis arduis et molestis tractandis magis deditus. Quo hominis ingenio ab Didaco Mendoza Oratore Caesareo accurate obseruator; ille ad Caesarem scripsit, se non dubitare, quae cum Pontifice illi essent negotia, satis commode cessura. Hominem enim deliciis et amoenitatibus captum, iniecta ei metu, ad quiduis efficiendum impelli posse. THYANVS I. c. Lib. XV. an. 1555. p. 306. Totum se uoluptati-

diderit, quod (f) Regem FERDINANDVM, qui, secundum (g) Gallorum testimonium, uerae in Deum pietatis erat studiosissimus, sacris publicis prohibuerit, quod (h) ipse confessus sit, se Romana sede administranda perquam indignum esse, quod (i) ex intemperantia uitae magis, quam senio effoetus, mortuus sit, sed id tantum narrabo, IVLIVM Pontificem filium, INNOCENTIVM MONTANVM (k) dictum, genuisse, quem ad summos honores euexit (l), et dignitate Patris Purpurati ornauit, qui patris uestigiis insitens, toti Patrum Purpuratorum collegio (m) flagitiis, et effrenata libidine, maculam adussisse semipiternam dicitur. Iam considerandum est, quomodo pace Augustana adhuc

C

com-

luptatibus mancipauerat, parato ad delicias nobili illo secessu, stratura et operibus antiquis admirando, in quo sere reliquam uitam a negotiis vacuus cum amicis sui similibus inter ludos, aleam, comedias et quae talia comitari amant, sacro fastigio indigna oblectamenta continuatis nocti diebus transegit.

(f) HENRICVS SPONDANVS in continuatione annalium Baronii anno 1551. num. VIII. IVLIVS Pontifex Ferdinandum excommunicatione perculit et anno 1552. num. VIII. Aegre absolutus est.

(g) SPONDANVS l. c. an. 1555. num. III. Pietatis cultor eximius.

(h) confer. nota (d) ad hunc §.

(i) THVANVS l. c. Lib. XV. anno 1555. p. 306.

(k) THVANVS l. c. Lib. XV. an. 1555. p. 306. IX Kalend. Aprilis decessit, relieto nominis herede Innocentio illo Montano. PALAVICINI l. c. Lib. XIII. Cap. X. §. 8. hanc rem recte narrat. Prae certis unum extra consanguinitatem suam amauit, euexitque, nec postea dignum, qui fuit Innocentius de Monte.

(l) conferatur nota (d) ad hunc §.

(m) THVANVS l. c. Lib. XV. p. 306. Sceleribus et morum obscenitate infamis, longo post tempore sacrum collegium dehonestauit.



componenda, in eandem fuerit affectus. Romanorum Rex FERDINANDVS postulabat a IVLIO III legatum (n) ad comitia Augustana mittendum, sed Pontifex tam difficultis erat, ut legatum mittere (o) plane renueret, et pertinaciter recusaret. Causae, quas interferebat IVLIVS III, hae erant: (p) quod Rex FERDINANDVS significauerit, agendum esse de rebus sacris in conuentu Augustano ex ECCLESIASTICIS ac LAICIS, ex CATHOLICIS et HAERETICIS conflato, cui interesse Pontificis legatum, (b) Romano Pontifici dishonestum esset: quod plurimi Principes comitiis intersuturi sint, (r) non autem eorum legati, quapropter et Romanus legatus praesto esse non deberet. Sed FERDINANDVS cum responderet, uehementer Pontificem urgebat, (s) cum in comitiis de rebus religionis grauissimis agendum sit, quae legatum Pontificis praesentem requirant,

(n) PALLAVICINI l. c. Part. II. Lib. XIII. Cap. X. §. 4. p. 155.

(o) PALLAVICINI l. c. p. 155.

(p) PALLAVICINI l. c. Part. II. Lib. XII. Cap. X. §. 6. p. 155. Destinatum pariter fuisse Pontifice in gratiam Caesaris Moronum ad Augustana Comitia Legatum; tametsi Pontificis animo non parum remitente, quod de rebus Religionis agendum esset in conuento ex Ecclesiastico ac Laicis, et Catholicis et Haereticis conflato, cui tam MONSTROSO SPECTACULO indecorum videbatur adesse Pontificium Legatum.

(q) Conferatur nota (p).

(r) PALLAVICINI l. c. p. 155. Complures ex praecipuis Principibus per se ipsos Comitiis interuentores ad grauia Decreta conficienda, non autem per procuratores, tenui cum auctoritate ad modica fincienda, inter quos pro dignitate Legatus Apostolicus minime intersuisset.

(s) PALLAVICINI l. c. Tom. II. Lib. XII. Cap. X. §. 4. p. 155.

rant, nihilque in iis sit conficiendum sine Pontificis legati consensu, opus esse, ut legatus Romanus ad comitia accederet. Quibus IVLIVM III. FERDINANDVS impulit, ut Patrem Purpuratum, MORONVM (<sup>t</sup>) legatum ad comitia mitteret, (<sup>u</sup>) cui mandauit Pontifex, ut Germanis Anglorum exemplum poneret ante oculos, iisque persuaderet, ut eiuratis erroribus, ad Romanam ecclesiam, extra quam nulla reperiretur salus, reueterentur, tandem, ut colloquia et disputationes de religione (<sup>v</sup>) euitaret et amoliretur. His instructus uenit ad comitia Augustana MORONVS, sed cum paullo post IVLIVS III. uitam cum morte commutaret, MORONVS (<sup>x</sup>) infecta re Romam redire coactus est, ut conuentui Patrum Purpuratorum nouum Pontificem eligentium

C 2

tium

(<sup>t</sup>) PALLAVICINI l. c. §. 4. p. 155. Delegitque Moronum Cardinalem, virum exercita prudentia, expertum Germaniae, eidemque perspectum, quippe qui diu Nuntium egerat apud ipsum Ferdinandum, et simili conuentu Ratisponae interfuerat, cum ibi Contarenus adesset Legatus.

(<sup>u</sup>) SARPIVS l. c. Lib. V. p. 666. Cardinalem Moronum in Germaniam ad Comitia Nuncium mittit, cum mandatis, ut Germanis Angliae exemplum ponat ante oculos, eoque crebrius ingestio, ad errorem suum agnoscendum, atque idem pharmacum salutare addimittendum enixus hortetur.

(<sup>v</sup>) SARPIVS l. c. p. 666. Ante omnia, ut colloquia, et eiusmodi de religione tractationes amoliantur.

(<sup>x</sup>) SARPIVS l. c. p. 666. Verum Augustum vix peruenierat Cardinalis, cum Iulius Pontifex Romae moritur. De cuius morte cum intra octo dies ad eum allatum esset, pridie Calendas Aprilis cum Cardinali Augustano Romam uersus iter ingreditur, ut noui Pontificis electioni interefset. PALLAVICINI l. c. Tom. II. Lib. XIII. Cap. X. §. 7. p. 156.



tium interesset. Alter Pontifex, quem eligebant Patres Purpurati, erat MARCELLVS II, qui nomen, quod ante gerebat (y) non mutauit. Dies tantum XXII. (z) Curiae Romanae praefuit, quare, cum ualeatudine uteretur (a) minus commoda, Augustanae paci, aduersari nequiuuit. Sequitur tertius isque ultimus, Pontifex illius temporis, quo pax Augustana composita est, PAVLLVS IV. antea (b) IOANNES PETRVS CARAFFA dictus, qui eruditione praeclara instructus erat, (c) et praeter ea gloriosam prae se ferrebat sanctimoniam, ut quoque episcopatum, quem ei donauerat CAROLVS V, (d) respueret, et iam susceptum dimitteret, seque in montem PINCINVM conferret, (e) ut solitariam ibi ageret uitam. Quae affectata pietas ei uiiam ad summos honores patefecit, ut anno CICICXXXVI (f)

in

(y) AB EGGS. I. c. p. 762.

(z) AB EGGS I. c. p. 765. Cadauer --- cum hac inscriptione conditum est.

MARCELLVS II. CERVINVS POLITIANVS

FONT. MAX. SEDIT DIES XXII. VIXIT ANNOS LV.

OBIIT PRID. KAL. MAI MDLV.

(a) AB EGGS I. c. p. 764.

(b) AB EGGS I. c. p. 765.

(c) THYANVS I. c. Lib. X V. an. 1555. p. 311. Totum se litteris dedit, trium linguarum cognitione et Theologiae scientia, ad quam uitam ac mores composuerat, apprime instructus.

(d) THYANVS I. c.

(e) THYANVS I. c. p. 311.

(f) THYANVS I. c. p. 311. Huius seculi anno XXXVI. in Cardinalium collegium cooptatus est; uaria hominum fama ob id iactatus, cum quidam sanctissimum virum a tranquillioris uite portu ad publicae administrationis flucrum se reuocari passum, summis laudibus extollerent, alii id factum, ut levitatis et ambitionis plenum improbarent.



in numerum Patrum Purpuratorum referretur, et tandem, defuncto MARCELLO, Pontifex salutaretur Maximus. Factus Pontifex animum simul mutabat, et sibi persuadebat, sibi, et fratri suo, Patri Purpurato Caraffae, iussu Caesaris (g) parari uenenum, quod tamen a ueritate longissime erat remotum, qua in re Paullus a fratre suo, quod esset natura (h) credulus, (i) seducebatur. Paci Augustanae summo

C 3

Studio

(g) PALLAVICINI l. c. Part. II. Lib. XIII. Cap. XV. §. 1. p. 165.  
Cum animus Pontificis hoc praestito sibi obsequio ex parte leniebatur, ob nouam offensionem acerbis exulceratus est, cum ipsi fuisset persuasum, uenenum iussu Caesaris parari Caraffae Cardinali a quodam Nannio Abbe, missumque Romanu suisse Caesarem Spinam, Calabrum hominem, ad eundem necandum. Nannius coniectus in vincula et ad questionem vocatus, dixit, se Neapoli missum ad Abbatem Bersignum res Albani curantem — data est opera, ut uaria ibi apparent agitata a Caesarianis ministris in Cardinalem et ipsum Pontificem — Nannius et Spina tanquam rei crimen confessi, fuerunt morte multati.

(h) PALLAVICINI l. c. p. 166. §. 3. Fidem tamen habuit Pontifex, pro senum ingenio, timidam ac suspicaciam tam atrocibus iniuriis, quae si bi obtendebantur seu per fraudem, seu per arma paratae ab infenso Caesarianorum animo. Quamquam, si res extra mentis perturbationem spectetur cuinam venire in cogitationem potest, Carolum, qui tune apud se statuerat, iam iam dominationi nuntium remittere, quod Octobri proxime subsecuto praestitit, seque piae solitudini mancipare, conscientiam ac famam suam deturpare uoluisse postremo facinore tam in se detestabili, tam arduo ad perficiendum, tam facili ad detegendum.

(i) PALLAVICINI l. c. Part. II. Lib. XIII. Cap. 15. §. 3. Vnde complarium postea fuit opinio, ea omnia a Caraffa Cardinali suisse inuenta, qui per falsas narrationes, innumera scipta, Pontificis mentem horrendis laruis oppleurit, quo ipsum terroris impetu in perditissimae desperationis consilia praecepit ageret. Quae licet PALLAVICINI niger, ramu ex eo probari potest optime, quod CARAFFA cum tota sua familia



studio restitit, ita, ut in FERDINANDVM uehementissime (k) sit inuestus, quod inconsultâ sede Romana pacem religionis Protestantibus dedisset. Neque in eo acquiescebat

PAVL-

milia a pto IV. illius rei causa in ius vocatus, postea manu carnificis strangulatus est. Ad EGGS l. c. p. 781. in uita pti IV. Caraffarum porro eiusdem Pauli propinquorum res tam in patru Pontificatu, quam alii temporibus patratas, praelestim durante bello Neapolitano, qua magna Christiani orbis pars, atque in primis Vrbis ipsa uexata fuerit, instituta capitali quaestione, Cardinalium aliquot, et Urbis Gubernatoris Hieronymi Episcopi Sagonensis iudicio et sententiae subiecit. Vnde cum eorum nomina inter reos recepta essent, Carolus et Alphonsus Caraffae, ac Scipio Rebiba Cardinales; Ioannes item Comes Allifanus, et Leonardus Cardineus Caraffis propinquus, cum nonnullis aliis eorum fautoribus et complicibus, partim in Hadriani molem, partim in publicum carcerem diuerso tempore coniecti, quaestionibus diligenter habitis, singulorumque causis examinatis, citra misericordiam ex Pontificis auctoritate capitali sententia damnati sunt. Ex his Carolus Cardinalis Caraffa, nono carceris mense manu carnificis strangulatus, et Ioannes Montorii Comes, frater Caroli, cum Allifano et Cardineo securi in publico carcere percussi, horrendum et maxime immemorabile spectaculum, insolensque instabilis fortunae, sursum deorsum omnia agitantis ludibrium, in ponte Aelio expositi, attonito, et quorsum isthac tenderenti admiranti populo Romano, praebuerunt. Quum omnes passim confluuerent ad ipsos spectandos, qui modo miserabiliter extincti, paullo ante Vrbem Romam, omnemque Italiam solo nomine perterruerant. Praecipua criminum, de quibus accusati conuictique erant, haec fuisse memorantur: quod Pontificem Paullum IV. falsis nuntiis et consiliis deceptum ad bellum maxime Neapolitanum incendisse: viros insignes contra ius fasque uexassent: caedes priuatim et publice commisissent: literas, et arbitrarias notas fixassent, quibus perniciosum Christianae Reipublicae bellum inter Pontificem, Galliae, et Hispaniae Reges conflatum esset etc.

(k) SPONDANVS l. c. an. 1555. n. x. FERDINANDVM regem increpuit,  
quod

PAVLVS IV, sed etiam legatum DELFINVM, nobilem  
Venetum, Episcopum Lesinensem mittebat ad Regem FER-  
DINANDVM, qui iussu Pontificis cum FERDINANDO <sup>(1)</sup>  
acerbissime est conquestus, quod haereticis, atque profanis  
hominibus libertatem religionis tribuisset. Quantum acerb-  
itatis uirus in FEREINANDVM euomuerit Pontificis lega-  
tus, ex eo potest intelligi, quod FERDINANDVS maxima  
cum

quod sede Apostolica inconsulta tractationem de religione instituisset,  
SARPIVS l. c. Lib. V. p. 675. Paulus Pontifex, ubi de Decreto hoc Au-  
gustano inaudiuerat, uehementer excanduit, atque apud Oratorem Cae-  
saris et Cardinalem Augustanum grauiter quaestus, Ferdinandum incre-  
puit, quod se inscio tractationem de religione instituisset, intermina-  
tus, daturum se operam, ut uterque Caesar, et Ferdinandus cum maxi-  
mo ipsorum cordolio intelligent, quam graui iniuria sedem Apostoli-  
cam uiolarint. Hortatur, ut reuocatis antiquatisque iis, quae conces-  
sa essent, malis impendentibus praeuortant, adempta sibi occasione iu-  
sta procedendi, sicuti apud animum suum constituerat, non solum  
contra Lutheranos, sed et contra ipsos Lutheranorum fautores. Qua  
in re modo morigeros, et dicto audientes experiatur, tum et auctoritate  
ac armis a se opem, et ad omnes Principes Christianos pro suo in  
eos imperio sub poenarum, ac censoriarum denuntiatione mandatum,  
ut totis viribus in ipsorum subsidium concurrant, pollicetur. etc. IAC.  
MASENIVS in Anna hispanica seu vita CAROLI V. et FERDINANDI Lib.  
VII. p. m. 202. Pontifex rebus singulariter Ferdinandi offensus, quod  
is, inconsulta Romana sede, multa in comitiis, colloquiisque de religione  
tr. classet. etc.

(1) PALLAVICINI l. c. Part. II. Lib. XIII. Cap. XIV. §. 1. p. 163. Pro-  
dierant Comitiorum Decreta, exeunte Septembri: de quibus factos cer-  
tor Pontifex acerbissime conquestus est cum Ferdinando Rege per Del-  
finum Nuntium, qui Roma incunabulo anno 1555 ad suum manus pristi-  
num exercendum reuersus erat.



cum indignatione (m) illi responderet, quae alias in hunc Regem, ut erat natura mitissimus lenissimusque, minime omnium cadere solebat.

### §. III.

**FERDINANDVS** a Pontifice ueniam pacis Augustanae petit. **N**emo facile est, quin Pontifici Romano haud ad modum cupiat, cum relatum legit, opus fuisse Regi **FERDINANDO**, ut prolixa oratione apud Pontificem ueniam facti peteret, quod pacem libertatemque religionis toti Germaniae salutarem, quae diu in dubium uocata, et a Romanis Sacerdotibus lacessita, et tantum non oppressa erat, tandem aliquando reddiderit. **FERDINANDVS**, cui tanta cum animi uoluptate omnes Germani parabant, quanta iracundia unus homo Italus hunc Regem gloriosissimum persequebatur, **FERDINANDVS**, qui nullum scelus, nullum facinus patrauerat, quod non poterat non ab Augustissimi Regis persona abesse, qui nemini iniuriam intulerat, quam nunquam abstulisset ab optimo Rege inultam Pontifex, qui nullum errorrem commiserat, nihil humani, quod nunquam a summis quoque Principibus alienum atque remotum esse solet, passus erat, deprecatur, uerbisque mitissimis iram Pontificis atrocissimam quodammodo mitigare studet. Germaniae

(m) PALLAVICINI l. c. p. 163. Rex uero cum sibi uideretur, et in iis concedendis, quae Catholicis officearent, ab aperta necessitate omnis a se nota procul arceri, et in rebus sibi arbitriis, vel maximum Religionis studium a se fuisse praestitum, respondit per commotioris animi sensum, quam moderatum eius ingenium ferre consueuerat, etc.

niae pacem neque solus Imperator cum Rege Romanorum optabat, sed tot tantique Germaniae Principes ac Proceres eam exposcebant, multisque efflagitabant precibus, iisque ardentissimis. Vnus duntaxat Pontifex, cui nec serui seruorum elogium displicet, pacem reicit, paci resistit, a pace abhorret, ob pacem initam alios in ius uocat. Videant hi, quibus fama pietatis in Pontifice suo conseruanda curae cordique est, qui sanctissimum suum Patrem Romanum summis extollunt laudibus, uideant, qua ratione haec cum placido, pio, ac iusto habitu Vicarii CHRISTI concilient. Nos inquiremus in praecipua orationis capita, quibus Rex FERDINANDVS iram Pontificis placari posse existimabat. Culpam ille, si quid habet in se culpae pax, pacisque studium, a se in Imperatorem transfert, cui persuadere non potuerit, ut pacem potius Galliarum Regi, quam Germanis iam miserrime afflictis concedat, licet iterum iterumque Imperatori in mentem reuocare studuerit, pace Gallis data, facile rem Protestantium uno quasi ictu confici posse. (a) Sed quae fuerit

D

in

(a) PALLAVICINI l.c. Part. II. Lib. XIII. Cap. XIII. §. 3. p. 162. Rem is (FERDINANDVS) excusabat, causatus, diserta mandata se a Caesare postulasse, eidemque fuisse pacem cum Gallo, quae pariter a Maria Regina promouebatur, Poli adhortationibus stimulata: se quoque Caesari ostendisse, hanc pacem telum unicum fore ad perfringendam Protestantium peruicaciam; sed a Caesare, loco mandatorum, quae ab illo expectebantur, iejune sibi fuisse responsum, Se et corpore infirmum, et bellis distractum, non posse Germaniae rebus animum adiicere, adeoque in Ferdinandi arbitrio illas reponere.



in Imperatore mira mansuetudo atque lenitas, respondisse  
eum, se pacis esse cupidissimum. Et uerissime haec esse a  
FERDINANDO dieta, uberrime docet propositio, quae di-  
citur Imperatoris, <sup>(b)</sup> imperii ordinibus die V. mensis Fe-  
bruarii

(b) CHRISTOPHORI LEHMANNI de pace Religionis Acta publica, et  
Originalia sive Reichs Handlungen Lib. I. Cap. II. p. 8. Wie dann auch  
bochgedachten Ibro Kaysrl. Majest. nichts boheres suche und begebre, we-  
der daß in allen und ieden des Heiligen Reichs Sachen und Oßliegen, fuen-  
derlich solche Mittel und Wege, getroffen, beschlossen, und ins Werck ge-  
zogen werde, die fur nemlich, und vor allen Dingen zu Befoerderung der  
Ehre GOTtes, und zu Auffrichtung befaendigen Frieden, Rube und Ei-  
nigkeit im Heiligen Reich, und zu aller daffelben Wolfahrt und Wolfzand,  
immer gereichen moege. Dann was ihre Kaysrl. Majest. für emligen  
Fleiß, sorgfaeltige Mühe und Arbeit, auf besonderer rechter Lieb, Treu-  
und Zuneigung, so Ihre Kaysrl. Majest. Zum Heiligen Reich Teufscher  
Nation, Ihrer Kaysrl. und Koenigl. Majest. und Unsern gemeinen geliebten  
Vaterland, von Anfang Ihrer Regierung getragen, und noch tragen, viel  
Jahr bero, und sonderlich auf den zweyen nach einander nechst vergangener  
acht und vierzigsten, und ein und funfzigsten Jahren, allhier zu Aug-  
spurg gehaltenen Reich-Togen, mit ollen vaeterlichen, gnaädigen und gütingen  
Willen, angekehrt und fürgewendet, auf daß im Heiligen Reich Teuf-  
scher Nation, befaendiger Fried, Rube und Einigkeit gefoerdert, gesfan-  
zter und erhalten die urzimliche Thaten und Vergewaltigungen, so sich  
bißhero zugerragen, aufgereut, das förgliche und gefabrliche Misstrauen  
zwischen den Staendten hinweggekommen, die furgefallene und nechst ande-  
re merckliche Maengel, Gebrechen und Uri hrigkeit abgerhan, in Güte  
und Besserung gespillet, alle Beschwerden, damit das Heilige Reich vielfäu-  
siglich beladen, von demselben mit zeitigem Rath abgewende, und sonderlich,  
daß die fur nemlichen und wichtigsten Articul, darauf gemeiner Teufscher  
Nation Wolfahrt berubete, nemlich unsre heilige wahre chrifliche Reli-  
gion, auch dem gemeinen Landstieden, die Inſtitutien und dann Ma-  
figung und Vergleichung der Aufschlaue, Münz - Ordnung, der  
Reformation der Policy etc. und was dem allen auhangt, betreffend, durch  
gebuhr-



bruarii anno cccccc LV. data est. Pergit Optimus Princeps in se defendendo, dum conuentus Numburgenis (c) mentionem facit, quam Principes Protestantum, Princeps Elector Saxo, Princeps Elector Brandenburgicus, Duces Gothani, Marchio Brandenburgicus, et Hassus eum in finem instituerint, ut pacem a Caesare uehementer efflagitarent. Nec uolumus ire inficias, Principes Augustanae confessionis formulae addictos conuentu Numburgeni pacem religiosam plurimum effecisse. Verum enim uero, nisi Deus, omnis pacis auctor atque conditor Imperatoris et Regis animum pacis cupiditate permouisset, nec hunc conuentum admodum curasset CAROLVS ac FERDINANDVS, qui antea ne numerosissimorum quidem exercituum metu ad pacis desiderium trahi poterant. Postremo FERDINANDVS Pontifici respondet, se non esse pacis auctorem, et nihil ex ea sibi

D 2

uindi-

*gebührliche Mittel und Wege, mit Rath, Vornissen, Bewilligung und Zusage Ihrer Kayſerl. Majestät, und des Reichs Churfürsten, Fürsten und Staendten zu guter Erledigung gebracht würden.*

(c) PALLAVICINI l. c. p. 162. Ea tempestate cunctas fere Ciuitates, Principes Germaniae, per dissidia atque inimicitias inter se rixari ob conuersionas seu Religionis seu rerum ciuilium, quod provinciae perniciem inferebat. Dum ipse FERDINANDVS in Augustano conuentu morabatur, Principes Protestantes ex familiis potentissimis, ceu Saxonie, Brandenburgi, atque Hassiae Naumburgum conuenisse, quasi in oppositum conuentum; sibique significasse per litteras, nelle se certum quoddam foedus, quod haereditarium appellabant, inter se confirmare, ut quotiescumque opus foret, in unum coalescerent, ac pace fruerentur; quod sonabat, ut dissiderent a Caesare, cumque bello laceferent, ubi in suae sectae licentia ab illo molestia infigeretur.



uindicari posse praeter assensum, (d) quod calculo suo comprobavit ea, de quibus Catholicos, inter et Protestantes simul conuenerit.

§. IV.

*Pacis religiosae decreta a Pontifice improbata.* **N**eminem ut lateat, quam iniuste Pontifex Romanus paci restiterit Augustanae, indicabimus pacis decreta, quae tantam Pontificis iram prouocarunt. Proferemus vero ea ex ipso PALLAVICINO, (a) qui, dum id agit, ut mendaciis, quae inuenisse sibi uisus est, SARPII obuiam iret, sedis Romanae ignominiam manifesto prodit. Has igitur habe pacis propositiones a Pontifice reiectas et improbatas, quas si probe intellexeris, siue fueris Pontificius, siue Augustanae confessionis socius, iustam de illo iram concipies, cui hae displicant.

*Ne Caesari, neve cui libet Principi Catholico liceret inferre molestiam iis, qui Augustanam confessionem amplectebantur, propter Sanctiones eousque statutas, aut in posterum statuendas; neque hi uicissim Catholicis, seu Ecclesiasticis seu laicis.*

*Quicunque in Religione neutri ex nominatis partibus adhaesisset, a concordia excluderetur. Nemini inter Imperii Ordines fas esset, ullum Principem, eiusue subditum, ad suam propriam religionem allicere, aut subdivisis*

(d) PALLAVICINI l.c. p. 162. Postremo ad se purgandum subdebit Rex, nihil a se actum fuisse, praeter comprobationem eorum, de quibus simul Catholici atque haeretici, Ecclesiastici atque laici conuenerant.

(a) PALLAVICINI l.c. p. 162.



tis contra dominum patrocinari; id uero illaeſo iure ea-  
rum ditionum, quibus ex antiquo iure liceret ſibi patro-  
num eligere.

Si utrorumuis ſubditi uellent una cum familiis alio  
migrare, ac bona diuendere, ne ullis interdiceretur; ſal-  
uo tamen iure dominorum in homines ſeruiles.

Quod ſpectabat ad bona Eccleſiaſtica iam direpta,  
res in Paſſauiensi concordia reponebatur, per quam huius  
modi cauſae de praeterito usque ad futura comitia ſuſpen-  
debantur.

Ne iurisdictio Eccleſiaſtica exerceretur in iis, quae  
ad praefentem concordiam pertinebant, ſed in reliquis,  
relicta uiris Eccleſiaſticis facultate exigendi, quae ipſis  
de more deberentur, dummodo ſive per ſe, ſive per Pa-  
rochos eorum ministeriis proſpiceretur, et conſuetae fu-  
ſtentationi nosocomiorum et ſcholarum, quod ſi oriretur  
bac in re controverſia, praefcribebatur illius componen-  
dae ratio per amicos conciliatores.

Vt memorata concordia perduraret usque ad eam,  
quae uno ex quatuor modis conficeretur, quod ſi confici  
non posſet, haec firma perſiſteret et inuiolabilis.

Vt haec concordia ſeruaretur et inter nobiles, Cae-  
ſari, nullo alio domino intermedio, ſubiectos, et inter Ciui-  
tates Imperii, ubi usque ad id temporis utraque Religio  
uigiffet, adeo, ut utriusque ſectatores pacifice inter ſe de-  
gerent.



*Vt in tribunali Caesareo ius omnibus diceretur, haud  
habita ratione utrius Religionis essent.*

*Vt iusiurandum in posterum posset concipi ex Passa-  
uiensi concordia per Deum et per Euangelium; cum ea  
fuisse ex cogitata ratio, ut haberetur iusiurandum per  
res aequae uerecundas Catholicis et haereticis, hi uero non  
adigerentur ad iusiurandum, cum inuocatione sanctorum,  
quibus ipsi cultum negant.*

*Declarauit quoque Ferdinandus, ne, qui iurisdi-  
ctioni ciuili Ecclesiasticorum Principum suberant, illi sub-  
iacerent, perinde ac subditi laicorum, obligationi seruan-  
dae Religionis, quam Princeps coleret, seu regionis mu-  
tandae.*

Et haec sunt illa, de quibus PALLAVICINI senten-  
tiā Pontificis iniquissimam profert, dum scribit: (b) *Fer-  
dinandus grauissimis religionis catholicae detrimentis af-  
fensus est.* Quae omnia copiosissime demonstrant, quanta  
fuerint excandescētia ex agitati Romani praeſules, cum ui-  
derent, pace Augustana, qua Imperator CAROLVS V,  
Romanorum Rex FERDINANDVS, Dux Cluienſis Roma-  
nae religione addictus, Archiepiscopi, Colonensis et Mo-  
guntinus, Principes Electores, et plerique omnes potentif-  
simi Germaniae Episcopi libertatem religionis (c) concede-  
rent

(b) PALLAVICINI l. c. p. 162. §. 3.

(c) Examen Canonum ac Decretorum Concilii Tridentini auctore G. I.  
C. D. I. Lib. III. Sess. XVI anno 1555. num. 5. p. 145. editum anno  
1690. forma, quam uocant octava.



rent protestantibus, se a sociis esse derelictos, et Curiae Romanae auctoritatem exinde detrimentum cepisse maximum.

§. V.

**P**lacide, ut solent, cum praesule Curiae Romanae consenserunt Episcopi Pontificii in opprimendis Protestantibus impediendaque Augustana pace. Vnum tantum nominabo Episcopum, qui tanta restitutio insolentia atque molestia Augustanae paci, ut sine horrore uerba illius legere nunquam potuerim. Est is Episcopus Augustanus, <sup>(a)</sup> qui ipse sententiam suam de pace Augustana exponat.

*Wir Otto von Goettlicher Erbarmd, der Heiligen Roemischen Kirchen Priester, Cardinal und Bischoff zu Augspurg Bekennen und erklaeren uns hiemit dieser unser eigen Handschrift, daß wir allen geliebten Frieden wurecklich befoerden, und für uns treulich halten wollen, auch gegen iederman nichts feindliches furnehmen. Darneben aber erklaeren wir uns von Mund und Hertzen, daß wir den fürgehaltenen Notel oder Mittel der Religion, (was derselben anhangt in dogmatibus, Iurisdictiobus, rebus, Personis betreffend, weder viel noch wenig bewilligen koenten, oder wolten, sondern verhoffen bey unser Pflicht, so wir der Paepstlichen Heiligkeit, und dem Roemischen Stuhl zu Rom, auch der Kaeyserlichen Mayst. und dem Heiligen Reich, in allen Puncten und Articuln unverletzt und unverbindlich zu bleiben,*

ehe

<sup>(a)</sup> LEHMANNI Reicks-Handlungen Lib. I. Cap. II. p. 12. column. II.

Otto Episcopus Augustanus consenserunt cum Pontifice.



eben wir uns auch darauß in einigen Tractatum einläßsen,  
eben wollen wir uns Leib, Leben, und was wir auf Erdreich haben, standhaftiglich verzeihen; Und wollen vor Gott und der Welt hiemit uns ausdrücklich vorbehalten, bey unserm Eyd und Pflichten, wie ein beständiger Christ und gebohrner Teutscher, bis in Todt zu verbarren.  
*Actum Augustae in Palacio meo Episcopali die 23. Martii Anno LV.*

*Idem Otto Cardinalis et Episc. Augustanus  
Propria manu scripsit, et subscripsit, etc.*

### §. VI.

*Cause, cur Pontifex paci restiterit Augustanac.* Caeterum cuilibet homini Christiano mirum uideri poterat, cur atra bile tantopere commotus Pontifex, paci restiterit Augustanae, ut cane et angue peius eam pacem fugiendam esse, omnibus persuaderet, nisi cogitauearis, his potissimum causis tantum in pacem odium concepisse. Omnis Lutheranorum salus in Augustana pace uersari uidebatur. At enim uero, quid Pontifici Romano triflui salute Lutheranorum, quos, cum haereticorum habebret in numero, inueterata ineptaque Romanorum opinione, igne atque ferro extirpandos esse arbitrabatur. Alterum, quod pacem Augustanam exosam reddebat Pontifici, illud erat, quod Pontifex Imperatorem Romanum ad bellum contra Protestantes <sup>(a)</sup> suscipiendum unus omnium

per-

<sup>(a)</sup> GOLDAST *Politische Reichs-Haendel Part. XVI. num. III. p. 592. 93.*  
Dess

permouerat maxime, iam uero summa cum indignatione,  
ingentique moerore spe sua se excidisse uidebat, Impe-  
ratorem belli pertacsum, et auctoritatem suam in Germa-  
nia de pristino gradu deiectam esse omneim. Intelligebat  
enim,

Des Papstes und Keyſ. Majestet Bündnus, aus Latein ins Deutsch  
transferiret. Als sich dann das Teutschland, genannt Germania, nun  
viel verschiedener Jahr, in großem Irrthumb und Missglauben erfunden,  
und nun erliche Jahr darinnen verharret, darauf zu beſorgen großer  
Schaden, Verderbiß und Zerstörung des Teutschlands ſich zuragen  
möchte. Und als man nun erliche Zeit allmegen ſolchem Missglauben  
ein Fürſchung bat wollen thuu, damit ſpalt unnd Irrungen zu vermei-  
den, unnd das Teutschland in guter Einigkeit zu behalten, hierauß ein  
offen unnd gemein Concilium zu Trient berufti und gehalten worden iſt.  
Da aber die Profeſſivendeu, mit ſämp dem ſchmalkaldischen Bunde, geredt,  
ſich nit in ein ſolch Concilium ergeben, noch dareyn kommen wolten. Wel-  
ches Concilium auf den dritten Sonntag in Advent, nechſt uerſchienen, an-  
gegangen, darnach mit der Gnade Gottes gehandelt, darmit es ein Für-  
gang nemmen moecht. Hierauf Baepſl. H. und K. Maj. für gut und frucht-  
bar angeſehen, daß ſie mit einander dieſe nachgeschriebene Capitel und Ar-  
tikel auffgericht, und angenommen haben, und die ganz in allen treuen ein-  
ander zu halten und nachzukommen, und das zu Ehr- und Lob Gott dem  
Allmaechtigen, unnd zu guter Einigkeit allermaenniglichen, inſonder dem  
Teutschland, ſo man Germaniam nennet. ZV ERSTEN, daß ſein Keyſ. Maj.  
in dem Naamen Gottes unnd mir bilff und beyſtand Baepſl. H. ſoll anſa-  
ben auff nechſtuerſtigen Brachmonat ſich zu rüſten und ſich mit Kriegß-  
leuten, und was zum kriegen gehört, verſuchen wider die, ſo wider das  
Concilium proteſtiert haben, und wider den ſchmalkaldischen Bunde, auch  
wider alle die, ſo in dieſen Missglauben und Irrthumb ſeyn im Teuſchen  
Land, und das mit allem ſeinem Gewald und Macht, da mit er ſie wide-  
rum bring in den alten warhaftien, ungezweifelten Glauben und Gebor-  
sam des heiligen Stuſ. Doch zwischen dieſer zulauffenden zeit ſoll ſein  
Keyſ. Maj. allen möglichen Fleiß und Ernst ankeren, ob vor die Widerſpenni-  
gen, gutlich oue Krieg, moecht, widerumb zu dem alten Glauben und Ge-  
borſam



enim, iura Ecclesiastica, quae antea in omnes Germaniae regiones tenuerat, Augustana pace sibi plane derogata esse. Eam quoque ob causam paci Augustanae se obiecit, quod Imperator pacem Lutheranis

horsam des H. Stuls bringen. Doch nichts desto minder, so soll er sich rüsten, so in der obgemeldten Zeit solches in der Gütilichkeit nicht gestillt mochte werden, daß alsdann sein Keyß: Majest zu dem Krieg gerüst und gefertigt sey. ITEM daß sein K. Maj. kein Vertrag noch Uertronniss mit denen, so wider das Concilium protestiret haben, oder mit dem schmalkaldischen Bundt, noch mit keinem andern, so in diesem Mißglauben sind, annehmen, noch aufrichtien solle, daß, so diesem Krieg, oder Glauben, der H. Christlichen Kirchen widerig, oder derselben zu Nachtheil reichen mochte, ohne erlaubniß und bewilligung Bapſtlicher Heiligkeit, oder der Legaten des heiligen Stuls. ITEM, daß Baepſtl: H. schuldig und pflichtig sey in monatsfrift nach bestaettigung dieser Capitel, zu Venedig in gute gewaram zu erlegen, nemlich 100000 Cronen, welche mit ſamt den andern 100000 Cronen, so seitn H. gen Augſburg gelegt hat, durch ſeiner H. Regenten, auch zu dem Krieg verbraucht werden ſöllen, und ſonſt zu keiner andern fachen. So aber der Krieg nit ein fuergang neme, ſondern gewendet wuerde, alsdann moeg S. H. folch 200000 Cronen widerumb zu ihren Haenden nehmen. ITEM daß Baepſtliche Heiligkeit verpflichtet sey, daß er zweoelft tauſend Italiener zu Fuß befölden ſöll, und 500 Ringpferde in ſeinem Kaffen, und die ſechs Monat zu diesen Krieg unterhalten, und bey ihm haben einen ſeiner Legaten, der ſic regier, und perſönlich bey inen ſey, ſämpft den uebrigen Hauptleuten. So aber der Krieg vor ſechs Monaten geendet wuerde, alsdann hat S. H. ſo viel bevor. ITEM Baepſtliche H. hat auch verwilliget, das K. Maj. ſoll und moege den halben theil aller Kirchen in Hispanien, einen Iars eyngang oder nutzung eynnemmen, und ſöleb Gut zu dem Krieg vermenden, wie dann der K. Maj. die Briefe oder Bullen worden ſeyn, in gemeiner form, wie gebrauchlich ſolche Bulle zu geben. ITEM Baepſtliche H. hat auch verwilliget, daß K. Maj. ſoll und moege fuer fuenffthalb hundert tauſende Cronen, Rentn, Zinnß, Guelden oder Leben, der Cloſter in Hispanien verkauffen, mind ſolch Gelt an diesen Krieg legen, und

nis INCONSULTA SEDE ROMANA dedisset, de  
quo antea egi copiosius. Taceo inanem Pontificis opi-  
E 2 nionem,

und brauchen, iedoch mit diesem anhang, daß sein K. Maj: solle den Clo-  
stern, denen Er danu ire Güter, Zins, oder Leben verkaufft. auf seiner  
Maj. Zinsen, Lehen oder Eynkommen, so er hat, es sey (so man nennet)  
Inrada, oder ander seiner Gueter Nutzungen, als viel dagegen verfetzen in  
Gelt, das sich dem verkaufften vergleichen moege. Und darumb daß  
S. H. in unerhoerte Sache verwilliget, so soll solch verbriefen der Closter  
Gueter verenderung, so ihnen gesetzt soll werden, gescheben mit allen guten  
Mitteln, und nach seiner Heiligkeit gefallen, und mit verwilligung seiner  
Commissarien, angesehen, daß solches viel antreffen ift. ITEM, so es sich  
begebe, oder zutrieg, daß einiger Fuerst oder Herrschaft, sie seyen Geiſt-  
lich oder Weltlich des Teutschen Lands, und gemeinlich allen andern Fuer-  
sten, Staenden und Communen des Christlichen Glaubens, freye Wahl, daß  
sie zu ihnen moegen in diese Bundnuß treten und kommen, ieden nach sei-  
nem Stand und Vermoegen, mit der Beschwerd und Ehr, die dann darzu  
von noeten seyn mag. ITEM, sie lassen auch ieden Christlichen Fuersten oder  
Herrschaft, sie seyen Geiſtlich oder Weltlich des Teutschen Lands, und  
gemeinlich allen andern Furstn, Standen und Communen, des Christlichen  
Glaubens, freye Wahl, daß sie zu ihnen moegen in diese Bundnuß tret-  
ten und kommen, ieder nach seinen Standt und Vermoegen, mir der Be-  
schwerd und Ehr, die dann darzu von noeten seyn mag. ITEM, zu meh-  
rer erlauterung und sicherheit der obgeschriebenen Artikel und Capitel,  
so sollen sie angenommen und bestaetter, und durch das ganz Conſistorium  
der Cardinell auch durch S. H. und K. Maj. treulich und staet ohne alle ge-  
faehr gehalten werden. ITEM, als dann in andern Capitel sich erlautert,  
daß dieser Krieg solle angefangen werden durch K. Maj. auf angebenten  
Brachmonat, als man zahlt nach Christi Geburt tausent, fuenff hundert und  
sechs und vierzig Iahr. Dann diese Capitel seyn wol vorlaengst geschrieben  
und sich desß vereinbarer: aber sie seind erst zu Rom unterschrieben, durch  
Baepſtliche H. auf den 26. tag des Brachmonats, tausent fiuff hunder  
und sechs und vierzigst in beyviesen des Hochwirdigsten Herrn desß Cardi-  
nals



nionem, qua ductus credere solet <sup>(b)</sup> Imperatorem, omnesque totius terrarum orbis reges dignitate se multo esse inferiores, quare inuitio Pontifice, inque detrimentum Pontificiae auctoritatis nihil ab iis committi posse existimabat. Ultimam eamque praecipuam huius indignationis causam fuisse auctoritatem Tridentini Concilii Augustana pace sublatam, intelligimus. Omnis enim Pontifici Romano, et cura, et spes in solo adhuc stabat Concilio Tridentino. Cui si qua ratione uoluissent cedere Lutheranorum ciuium Principes, belli nihil experti fuissent. Verissime haec a nobis dici ut constet, euocabimus testem harum rerum peritissimum, *Auctorem examinis canonum ac decretorum Concilii Tridentini, in quo succinete ac neruose demonstratur, hoc Concilium canonibus antiquorum Conciliorum, et Gallorum Regis auctoritati aduersari, Iuris Confultum Gallum tempore Concilii Tridentini uiuentem, qui sub litteris G. I. C. D. I. uoluit latere.* Veram ille causam suscepit in Lutheranos belli his uerbis commode uereque aperuit: *Ac sane eius belli decernendi <sup>(c)</sup> causa Conuentum Imperialem Ratisbonae indixit, ad quem Principes Protestantes, et alii Legatos suos miserunt. Illic Imperator, ut*

*Conci-*

*nals von Trient, und des Herrn Don Gien de Vbna Kysf. Maj. Rabt, Legaten und Sandboten*

*Actum und beschlossen zu Rom den 26. Brach-  
monas anno 1546. wie oblaut.*

<sup>(b)</sup> D. SALOMON ERRNST. CYPRIAN Belehrung von Bapſtbum Cap. XXI. p. 605. lqq.

<sup>(c)</sup> Examen Concilii Tridentini auctore G. I. C. D. I. Lib. II. Sess. III. §. 6. p. 41. 42. et Lib. II. Sess. V. §. 8. p. 59.

Concilium Tridentinum tanquam legitime convocatum approbaretur, multitudine suffragiorum eorum qui in eo Conuentu aderant (erant autem fere omnes Religionis Romanae sequaces) effecit. Petebat item ut Protestantes Concilii iudicio et decreto sese summitterent. Illi contra, supplicibus notis contendebant ab eo, ut pacem in Germania foueret, et Nationali Concilio totam hanc religionis controuersiam componeret, aut Ordinum Imperialium conuentu, aut certe doctorum hominum colloquio. Tum palam professus est Imperator, sibi certum esse, bellum mouere, non equidem contra Religionem (inquebat) sed ut quosdam contumaces domaret. Eoque praetextu Ioannem Brandenburgensem Electorem et Albertum fratrem eius, Ducemque Mauritium Saxonem, quanquam omnes Protestantes, in suas partes pertraxit. Atque ita Papae Pauli impulsu, bellum apertum est in Germania, cruentum quidem et calamitosum: sed non usque adeo Pontifici prosperum, ut spe futurum conceperat. Ipse uero, ut nibil omittaret eorum, quae moliri poterat ad Protestantium interacionem, eodem tempore, quo suis illos armis Caesar acriter persequebatur, ipse fulminatrice Bulla quadam, mense Iulio eiusdem anni, emissâ, diris eos prosequebatur, in eosque omnium odia et iniuriam mouere satagebat, in primisque mirum in modum illorum pertinaciam execrabantur, maxime uero Electoris Saxonici et Landgrauii: quos, quia se Concilio Tridentino non obsequuturos esse profecti fuissent, haereticos et anathemati



*deuotos pronunciabat.* Quanquam enim callidissime rem suam geregabant aduersus Lutheranos Pontificiorum Principes, perspicacioris tamen ingenii homines, et inter Germanos ipsos, et inter exterros, mature intelligebant, aciem omnem in Lutheranorum religionem conuersti. Gallus certe antea laudatus hoc sensit, qui, dum enarrat capita orationis a Cornelio Episcopo Bitontino in Concilio habitae hac de re scribit elegantissime. (d) *Tandem concludit Cornelius, Concilium Tridentinum Equo Troiano simile esse; in eo enim Principes Imperii et religionis conclusos esse. Sed haud alienum a re fuisse, si eandem prosecutus similitudinem addidisset, conuersa ad Protestantis oratione,*

*Aut haec in uestros fabricata est machina, muros,  
Aut aliquis latet error, equo ne credite Teucri.*

*Et de Pontifice. Atque ipse doli fabricator Epaeus.* Et quis est, qui nesciat, Romano Pontifici foedus cum Imperatore de perdendis Protestantibus intercessisse, ut omnia a parte simul oppugnati, eo certius opprimerentur. Ne quis autem credit, haec a me uel ex inuidia uel imprudentia dici, afferam eundem testem, eumque certissimum. (e) *HIC OBSERVANDVM est Pontificem Iulium, cum antea huius Concilii actionem direxisset Pauli tertii Legatus, cumque consilium cum Imperatore de subuertendis Protestantibus iniisset: Vno, Concilii definitiones aduersus illorum doctrinam procurante: altero autem iisdem acre ferox-*

(d) G. I. C. D. I. Examen Concil. Trident. Lib. II. Sess. V. §. II. p. 61.

(e) G. I. C. D. I. l. c. Lib. III. Sess. II. §. 2. p. 92.

❀ ❀ ❀

feroxque bellum inferente, magnam spem concepisse, futurum, ut ex animi sententia, nulloque injecto impedimento, ad scopum, ad quem collimabant, peruenierint. Nempe, ut uictis debellatisque Protestantibus, totam Germaniam ingo suo summitterent. Quare nihil et Pontifici, et Concilio Tridentino tristius accidere poterat, pace Augustana, Pontifici quidem, quod animaduerteret, spe sua se excidisse, imperium Romano Germanicum eodem, quo Angliam, modo, in potestatem suam redigendi, Concilio autem Tridentino, quod Patres, aduentu Mauritii, tanquam Hannibal ad portas, perterriti, fuga salutem peterent (f) partim uero, quod inter leges huius pacis sanctiatur, lites de religione obortas componendas esse in Concilio quodam, non Tridentino, sed libero, et oecumenico postea conuocando. Cui et illud adiiciendum est rei nostrae momentum grauissimum, quo cautum est, ne pax religiosa neque inturbaretur, neque tolleretur, et si in Conciliis FUTVRIS NVNQVAM CONVENIRET INTER VTRIVSQUE PARTIS DEFENSORES DE RELIGIONE. Verba instrumenti pacis religiosae ita fluunt: (g) Und nachdem ein vergleichung der Religion und Glaubens Sachen durch ziemliche und gebührliche wege gesucht werden sol, und aber ohne beständigen Frieden zu christlicher, freundlicher vergleichung der Religion nicht wol zukommen: So haben wir, auch der Churfürsten Räbt, an statt der Churfürsten,

(f) G. I. C. D. I. i.e. Lib. III. Sess. XV. §. 4. p. 139. 40.

(g) GOLDAST Reichs Abschied p. 429.



sten, erscheinende Fürsten, Staende, und der abwesenden Bottschafften, und Gesanden, Geistliche und Weltliche, diesen Friedstand, von geliebts Frieden wegen, das hochschaedlich Misvertrawen im Reich aufzuhaben, und diese loebliche Nation vor endlichen vorstehendem Untergang zuverhüten und damit man desto ebe zu christlicher, freundlicher unnd endlicher vergleichung durch die wege deß general Concilit, National versamblung, Colloquien, oder Reichshandlungen nicht erfolgen würde, sol alsdann nichts desto weniger dieser Friedstand in allen oberzeblten Puncten unnd Artickeln bey kraefften, bis zu endlicher vergleichung der Religion unnd Glaubens Sachen, stehen und bleiben, unnd sol also biemit obberührter gestalt, und sonst in alle andere weg, ein bestendiger, beharlicher, unbedingter, für und für ewigwerender Fried auffgericht, und beschlossen seyn und bleiben. Quare abeant religiosae pacis iniqui interpretes, iniqui iudices, qui concilii istius Tridentini auctoritate leges pacis Augustanae sublatas esse, magnis contendunt uociferationibus. Duo enim characteres Concilio Tridentino desunt, qui rei publicae Christianae illud tanquam concilium commendare poterant, partim quod NON fuerit LIBERVM, partim, quod NON OECVMENICVM. Liberum non fuisse Concilium Tridentinum, inde efficitur, quod omnia spiritu Romano peragi atque regi debuerint, ob idque Pontifex maior et esse uoluerit,<sup>(h)</sup> et re ipsa fuerit concilio. Quid, quod ipse Pontifex Romanus

(h) SARPIVS l. c. Lib. II. p. 219. Postulabant denique, ut equi celeres certis

nus PAULLVS IV. Concilii Tridentini auctoritatem riserit, dixeritque in Simoniae causa, quam Concilii examini patres subiicere uolebant: *sibi, qui sit supra omnes, nihil opus esse Concilio.* (i) Oecumenicum non fuisse, nemo facile negabit, qui memoratum legerit, Concilium Tridentinum caruisse consensu tot potentissimorum principum atque populorum, non Lutheranorum solum, sed etiam Pontificiorum. Accipe, quā ratione Pontificius Galliarum Rex HENRICVS II. Concilio Tridentino absentiae causas Episcoporum suorum indicauerit. Litteras dedit ad conuentum, non ad Concilium Tridentinum, qua propter indignati sunt patres Regi Christianissimo. In litteris haec de sententia, quam de Concilio Rex fouerat, habebantur. (k) *Itaque hic publice testari, et palam facere omnibus (ut iam Romae testatus est)* se propter bellum non posse *huc Regni sui Episcopos mittere,* neque istud Concilium pro Oecumenico et legitimo habere, sed pro priuato conuentu, in quorundam priuatorum gratiam et utilitatem conuocato, non autem in utilitatem publicam Christiani nominis. Se subditosque suos nullo uinculo ad parentum bis, quae in eo decreta fuerint, obstrictos iri, quin imo iisdem remediis, quibus in re simili maiores eius usi fuissent,

## F

ufurum

certis diebus Tridento Romanam disponerentur, ut singulis diebus atque horis internuncii ex occasionibus ultro citroque possent commeare, item ut de ratione praecedendi inter Principum Oratores aliquid decernetur; et de pecuniis porro mittendis, quando bis mille aurei ante aliquot dies missi, in subsidium tenuium Episcoporum essent depensi.

(i) SARPIVS I. c. Lib. V. p. 683.

(k) G. I. C. D. I. I. c. Lib. III. Sess. XII. §. 2. p. 97.



usurum esse, si ita res posulet. Caeterum sibi purum integrumque erga Religionem Catholicam, et Ecclesiam Romanam animum futurum. HENRICI exemplum sequebantur Helvetii et Rhaeti, et inter hos, qui ipsi Religionem Romanam profitebantur. Hi, spreto Concilio, legatos suos ei amplius interesse nolunt, idque reiiciunt, quod intelligent, Pontificem eo tantum spectare, ut suam ubique auctoritatem restitueret, eamque in ipsis longe, quam antea, ampleiorem recuperet <sup>(1)</sup> Tandem Carolus IX. illegitima Concilii ratione excitatus, litteris intercessit, <sup>(m)</sup> quibus irritum esse

(1) G. I. C. D. I. I. c. p. III. et SARPPIVS I. c. Lib. IV. p. 590.

(m) vide Protestationem Oratorum Caroli IX. Christianissimi Galliarum Regis in Concilio Tridentino contra Pontificem PIUM IV. cui maxime memorabilem imposuerunt coronidem his uestibus: Num nobis, et si ingratisimo, animo, iusta tamen et necessaria causa, hinc non discedendum sit? ubi nullum legibus locum, nullum antiquorum Conciliorum libertatis uestigium Pius IV. reliquit? Quid enim nobis iudicandum praeponitur, aut a nobis iudicatum publicatur, quod non prius Romanis et Pio IV. placuerit? Quam putatis aliam esse causam, torties dilati, et procrastinati iudicii petitionum nostrorum, quam quod illa in Epistola D. Hadriani VI. Pontificis maximi, optime nouerat, curatis quantumvis membris, corpus sanum esse non posse, nisi etiam caput diligenter curaretur? Huic autem capiti, quae, quantaque imminent, quoniam bona pars uestrum optime nouit, in aliud tempus reseruamus. Hic igitur est Pius IV. ad quem solum, neminem praeterea, nostra haec denunciatio, et protestatio pertinet. Sedem Apostolicam, sanctos Pontifices, sanctam Ecclesiam, pro cuiinis dignitate augenda, maiores nostri sanguinem fuderunt, et adhuc hodie in Gallia acriter pugnatur, veneramur, reveremur, suspicimur. PII autem IV. imperium detrectamus. Quaecunque eius sint iudicia et sententiae, reiiciimus, respuiimus, et contemnimus. Et quanquam Patres sanctissimi, uestra omnium religio, uita



esse iussit Concilium. His Pontificiis, qui magno consensu concilium repudiarunt, iungamus Lutheranorum Principes et Proceres, qui Concilium non subtersugerunt, sed causas, cur Concilium Tridentinum reiecerint, libro perquam prolixo, aperuerunt, quod contra recessus imperii, Norimbergensem scilicet anno cccc xix. Spirensem cccc xxxvi et cccc xxxix. Ratisponensem cccc xxi et cccc xxx. Spirensem cccc xxi. Norimbergensem cccc xliii. Spirensem cccc xliv. Augustanum cccc xlii. Ratisponensem cccc xv. et Augustanum cccc xli. editos, non in Germania, sed Italia conuocatum fuerit. (\*) Alias rationes, easque grauissimas, cur

F 2

Con-

vita et eruditio, magnae semper fuit, et erit apud nos auctoritatis: cum tamen nihil a nobis, sed omnia magis Romae, quam Tridenti agantur, atque hic publicantur, magis piii placita, quam Concilii Tridentini decreta iure existimantur: denunciamus et protestamur, quaecunque in hoc contenuit, hoc est, solo piii natu et voluntate decernuntur, et publicantur, ea neque Regem Christianissimum probaturum, neque Ecclesiam Gallicanam pro decreto oecumenici Concilii habituram. Interea, quotquot estis Galliae Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Doctores, Theologi, vos omnes hinc abire Rex Christianissimus iubet. Redituros, ut primum Deus Opt. Max. Ecclesiae Catholicae IN GENERALIBVS CONCILIIS ANTIQVAM FORMAM ET LIBERTATEM RESTITV- ERIT, Regi autem Christianissimo suam dignitatem et maiestatem.

(\*) Titulus libro inscriptus est: *Statliche Auffuehrung der Vrsachen, da- rumben die Chur, unnd Fuersten, auch andere Stende der Augspurgischen Confession, des Balst piii IIII. aufgeschrieben vermeint Concilium, so er gegen Trient angezet, nit besuchen kluenden, noch zu besuchen schuldig gewesen sind, sonder dasselb, als hochverdechtig, auch zu gemeyner Christ- licher*



Concilium Tridentinum iure meritoque a multis repudiatum fuerit, exhibet IOANNES FABRICIVS MONTANVS in oratione, qua docetur, *Concilium Tridentinum sine scelere a Christianis hominibus frequentari non posse Basileae 1562 habita.* Consultationem uero manifestae calumniae, pacem religiosam Concilio Tridentino sublatam esse, uberrimam solidissimamque dederunt Theologi Saxonici iussu serenissimi Principis Electoris Ioannis Georgii I. in der nothwendigen Vertheidigung des heiligen Römischen Reichs Evangelischer Churfürsten und Staende Augapffels. Postremo tandem loco graue quoddam momentum indignationis Pontificis Romani in pacem Augustanam esse censeo, quod pace Augustana non solum bona, quae dicuntur Ecclesiastica, Lutheranis (n) tributa, et iureiurando confirmata fuerint, uerum etiam

aber einigkeit undienstlich, Anfangs zur Naumburg, und volgends auff ingst gehaltenen Wahl, und Croenungs Tag, zu Frankfurt in Schriften verwegert haben. Straßburg. 1566. in 4to.

(n) GOLDAST Reichs-Abschied p. 428. Dieweil aber etliche Staende, und derselben Vorfahrn, etliche Stift, Kloester, und andere Geistliche Guter eingezogen, und dieselbigen zu Kirchen, Schulen, Milten, und andern Sachen angewendet, so sollen auch solche eingezogene Guter, welche denienigen, so dem Reich obn mittel unterworffen und Reichs-Stande sind, mir zugehoerig und deren Possession die Geistlichen zu zeit des Passavischen Vertrags, oder seidhero nit gebahbt, in diesen Friedstand mit begriffen und eingezogen seyn, und bey der Verordnung wie es ein ieder Stand mit obberuehrten eingezogenen, und allbereit verwendeten Gutern gemacht, gelassen werden, und dieselbe Staende derenthalb weder in noch außerhalb Reichens, zu erhaltung eines bestindigen ewigen Friedens nit beschroben noch angefochten werden: Derhalben befehlen und gebieren wir biennat, und in Kraft dieses Abschieds,

❀ ❀ ❀

etiam, quod Iurisdictio in regiones atque ditiones Principum Procerumque imperii, quae ipsi nescio quo iure competebat olim, per pacem Augustanam Pontifici fuit derogata, et omnis Iurisdictio et territorialis, et Ecclesiastica in Principes Lutheranorum (o) in regionibus eorum sit sublata. Quae etsi sufficere poterant ad expoundingam Pontificis Romani indignationem in pacem religiosam suscepitam, opera tamen pretium esse duximus, sub

F 3

finem

*Abschieds, der Keif. Majest. Cammerrichter und Beysätzen, daß sie diefer angezogener und vermeindter Gueter halben, kein Cuation, Mandat, und Proceß erkennen und decerniren sollen.*

(o) GOLDAST l. c. p. 428. Damit auch obberneubrte Religionverwandte, so viel mehr in bestendigem Frieden und guter Sicherheit, gegen und mit bey einander sijzen und bleiben moegen, so sol die Geistlich Iurisdiction (doch den Geistlichen Clurfuersten, Fuersten, und Staenden, Collegien, Kloestern und Ordensleuten an ihren Reurhen, Guelt, Zins, und Zehnten, Weltlichen Lebenshaften, auch andern Rechten unnd Gerechtigkeiten, wie obsteht, unvergriffen) wider der Augspurgischen Confession, Religion, Glauben, beftellung der Ministerien, Kirchengebrauchen, Ordnungen und Ceremonien, so si auffgericht oder anffrichen moechten, biß zu endlicher vergleichung der Religion mit exercirt, gebraucht oder gewehrt werden, sonder derselbigen Religion, Glauben, Kirchengebrauchen, Ordnungen, Ceremonien, und beftellung der Ministerien, wie lievor nachfolgends ein besonderer Artickel gesetz, iren gang gelassen, und kein bidernus oder eintrag dadurch beschaffen, unnd also bierdurch, wie obgemeld, biß zu endlicher Christlicher vergleichung der Religion, die Geistliche Iurisdiction ruhen, eingefestet; und suspendiert seyn und bleiben: Aber in andern Sachen und Faellen der Augspurgischen Confession, Religion, Glauben Kirchen-gebrauchen, Ordnungen, Ceremonien, und beftellung der Ministerien nicht anlangend, sol und mag die Geistlich Iurisdiction, durch die Erzbischoff, Bischoff, und andern Prelaten, wie deren Exercitium an einem ieden Ort bergebracht, und sie in deren Vbung, Gebrauch, unnd Possession sind, binsuer wie bißber unverbindert, exerciert, genbt, und gebraucht werden,



finem dissertationis commemorare, Pontificem Romanum  
 eo usque progressum esse audaciae, ut non erubesceret,  
 iusurandum, quo pax Augustana confirmata et obsignata  
 est, irritum reddere. Rem Sarpius (p) memoriae prodidit:  
*Et quamuis Orator ei respondens commemoraret uires Prote-*  
*stantium in Germania, nuperum contra Caesarem bellum, in*  
*quo parum abfuit, quin Caesar Oeniponte caperetur, et iusu-*  
*randum in pacificatione praefitum: ille, nibilo factus pacati-*  
*or, de iureiurando replicauit, se ab omni sacramento liberare*  
*eos et absoluere, imo imperare, ut illud non attendant. De*  
*caetero, ubi de causa Dei agitur, non respiciendum ad consi-*  
*lia humana. Certe Caesarem diuina permissione adductum in*  
*periculum, quod officium non fecerit pro eo ac debuit et potu-*  
*it, in Germania ad sedis Apostolicae obsequium reducenda. De-*  
*um hac iracundiae sui ueluti denuntiatione monitum uelle, ma-*  
*iora instare supplicia, nisi documentum inde sumat, et suo pe-*  
*riculo sapiat. Contra, si, ut uerum fortemque Christi militem*  
*decet, in ipsis causa intrepide se gerat, sepositis aspectibus*  
*humanis, utique de hostibus triumphaturum, sicut ex superio-*  
*rum temporum exemplis satis constat. Pudeat Christianum*  
*hominem haec protulisse, quae ius diuinum et humanum,*  
*quae fidem diuinam humanamque uno ictu concurtunt.*  
*Nos, qui coetu Christiano, qua repurgatarum est partium,*  
*iungimur, procul ab ea impietate remoti, gratias agi-*  
*mus Deo optimo maximo pro pace religiosa*  
*sempiternas.*

(p) SARPIUS l. c. Lib. V. p. 665.



CLARISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
M A G I S T R O  
I O A N N I F R I D E R I C O  
H E N N E  
S. D. P  
F R I D E R . I M M A N V E L  
S C H W A R Z I V S.

*E*st quaedam labes sacculi huius, in quae nostra, Doctissime Ma-  
gister, inciderunt tempora, quam nec a granissimorum virorum  
animis alienam esse sentio, amicitiam societatemque diuersarum inter-  
fere religionum uehementer cupere. Nec desunt inter hos, qui nulla  
re magis, quam odio, nimioque feruore doctorum sanctioris doctri-  
nae, pacem sacrorum impediri, exsistant. Verum, si quid video,  
illi neque horum prudentiam satis admirantur, neque eorum, qui et  
doctrinae et saluti nostrae aduersantur, animum ad fallendos incan-  
tos,

tos, et blandimentis aurum captos, eo certius, quo cautius, oppri-  
mendos paratum, ea, qua par erat, cura ac mentis acie intenta  
perspexerunt. Saepius quidem rident credula indoctiorum hominum  
ingenia, quae religione sibi ducunt, variis rumusculis vulgi non af-  
sentiri, et de fabulis popularibus aliquantulum dubitare. De iis  
vero admodum inique iudicant, qui sibi a clandestinis inimicorum  
consiliis cauere, quam iis imprudenter decipi, malunt. Quam enim  
pacis sunt cupidi diuersarum a nobis religionum sectatores, hi demum  
intelligunt, qui tecum, Vir Doctissime, in inquirenda eorum,  
qui sacris nostris haud cupiunt, sententia de pace, eam,  
quam debent, cum laude collocant industria.

Vale.



Aug VI 57 (1)




f  
TA-70  
nur 4,50€ verknüpft

Retro



B.I.G.



CVRIA E  
ROMANAЕ SENTENTIA  
DE  
PACE AVGVSTANA

QVAM  
P R A E S I D E  
FRIDERICO IMMANVELE  
S C H W A R Z I O

A. M. FACVLT. PHILOSOPH. ASSESSORE ORDINARIO  
ET ACADEMIAE BIBLIOTHECARIO

AD DIEM OCTOBRIS  
ANNO PACIS AVGVSTANAЕ SAECVLARI ALTERO

M D C C L V

IN AVDITORIO MAIORI  
DISPVNTANDO PERVESTIGABIT  
AVCTOR  
M. IOANNES FRIDERICVS HENNE  
SONNEWALDA LVSATVS

VVITTE BERGAE  
PRELO EPHRAIM GOTLOB EICHSFELDI  
ACADEMIAE A TYPIS

Bibliotheca  
Hungaria  
aest  
auctor